

elementorum solum ut illi hic tribuit, sed de mixtione omnis generis tractavit ac primo lapidum, quod ipse non fecit:<sup>40</sup> *Primum quidem, quod nunc aquam nominavimus, concretum, ut videmur, lapides et terram gigni videmus. Ventorum deinde:*<sup>41</sup> *Solutum rursus et discretum hoc ipsum, ventum et aerem. Nubium:*<sup>42</sup> *Et rursus aerem coeuntem et densatum, nubem et caliginem. Grandinis postea et glaciei:*<sup>43</sup> *Concretum vero ita id, quod super terram maxime passum, haec grandio, in terra vero crystallum. Quod vero minus ac semiconcretum existens adhuc, id, quod super terram rursus, nix, in terra vero concretum, ex rore genitum, pruina dicitur.*

Sed non omnia recenseam, quae in Timaeo sequuntur de succorum speciebus. Vino, oleo, pice, gummi, melle, opo<sup>xi</sup>, liquore, saxo, petra, nitro, sale nitro, auro, adamante, aere, saporibus, odoribus, coloribus, vocibus est Plato philosophatus, sed quia nominatim Aristoteles exprimit illum de ossibus ac carne non tractasse, ut longe manifestius mendacium appareat, huc afferre libet haec de osse:<sup>44</sup> *Os vero constat hoc modo terram contere-*<sup>xii</sup>

<sup>40</sup> πρῶτον μὲν, ὁ δὲ νῦν ὕδωρ ὠνομάκαμεν, πηγνύμενον ὡς δοκοῦμεν λίθους καὶ γῆν γιγνόμενον [corr. ex γιγνομένων] ὀρώμεν. [PLATO, Ti. 49.b.7 – c.1]

<sup>41</sup> τηρόμενον δ' αὖ καὶ διακρινόμενον ταῦτόν τοῦτο πνεῦμα καὶ ἀέρα. [PLATO, Ti. 49.c.1 – 2]

<sup>42</sup> καὶ πάλιν ἀέρα ξυνιόντα καὶ πυκνούμενον νέφος καὶ ὀμίχλην. [PLATO, Ti. 49.c.4 – 5]

<sup>43</sup> παγὲν τε οὕτως [δ' οὕτω] τὸ μὲν ὑπὲρ γῆς [γῆν] μάλιστα παθὼν [corr. ex παθῶν] ταῦτα χάλαζα, τὸ δ' ἐπὶ γῆς κρύσταλλος, τὸ δὲ ἤττον, ἡμιπαγὲς [corr. ex ἡμπαγὲς] τε ὄν ἔτι, τὸ μὲν ὑπὲρ γῆς [γῆν] αὖ χιών, τὸ δ' ἐπὶ γῆς [ex γῆν] ξυμπαγὲν [corr. ex ξυπαγὲν] ἐκ δρόσου γενόμενον πάχνη λέγεται. [PLATO, Ti. 59.e.2 – 5]

<sup>44</sup> τὸ δ' ὅσπουν συνίστησιν ὧδε. γῆν διαττήσας [διατρήσας] καθαρὰν καὶ λείαν ἐφύρασε [ἀνεφύρασε] καὶ ἔδευσεν μυελῶ, καὶ μετὰ τοῦτο ἐς πῦρ αὐτὸ ἐντίθησιν, μετ' ἐκεῖνο δὲ εἰς ὕδωρ βάπτει, πάλιν δ' ἐς πῦρ, αὐθὶς τε ἐς ὕδωρ μεταφέρων δ' οὕτω [οὕτως] πολλάκις εἰς ἐκάτερον ὑπ' ἀμφοῖν {ἄτηκτον} ἀπηργάσατο [ἀπειργάσατο]. [PLATO, Ti. 73.e.1 – 5]

<sup>xi</sup> To je vjerojatno grčka transliteracija.

<sup>xii</sup> Kritičko izdanje ima oblik διαττήσας (od διαττάω = prosijati), a Petrić donosi oblik διατρήσας (od διατρέω = razmrviti) i prevodi s *contere-*  
*rens*.